

V 9  
6589





Q





QK 212 QK. 212. 11

Theologorum quorundam  
in Electoratu Saxoniae

Vg  
6589

# EPISTOLA INVITATORIA,

*ad universos Dominos*

Theologos, & Ecclesiarum  
Evangelicarum Ministros, tum in Incluta  
Germania, tum aliis quoque in Regnis & Provinciis,  
de Jubilæo Lutherano, circa finem Octobr. & initium  
Novembris, solenniter celebrando,  
amicè scripta.

UNIVERSITÄT-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

*Psalmo C.*

JUBILATE DEO OMNIS TERRA.



BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

L I P S I Æ,

Typis & sumptibus Abrahami Lambergi &  
Casparis Closemanni Bibl.

---


ANNO M. DC. XVII.









  
Reverendis, Clarissimis, pie-  
tate, eruditione, & virtutibus aliis præ-  
stantissimis Viris, S. Theologiæ Doctoribus, &  
Professoribus publicis, nec non Ecclesiarum *γνησίως* Ev-  
angelicarum, tum in inclutâ Germaniâ, tum aliis in  
Regnis & Provinciis Pastoribus & Mini-  
stris fidelissimis,

Domini, Amicis, & in Christo fratribus  
nostris honorandis,

*Salutem à Deo ter Opt. Max. pluri-  
mam precamur.*

**R**everendi, Clarissimi, &  
Præstantissimi Viri, Domini, A-  
mici, & in Christo Fratres dilecti  
ac honorandi.

Etsi neminem vestrum adeò  
vel tardum, vel in recogitandis  
Dei nostri beneficiis tardum esse scimus, ut non  
gratâ mente universi & singuli ultrò agnoscatis,  
quantas bonitatis suæ catarractas, elapso hoc supe-  
riore seculo, Benignissimus super nos effuderit: ex-  
citando nimirum, & donis mirandis instruendo,  
Doctorem MARTINUM LUTHERUM, ut o-  
perâ & Ministerio ejus Veritatem Evangelicam,



## E P I S T O L A

per traditiones Papales nimium obscuratam, è tenebris crassissimis erueret, erutam nitore pristino restitueret, animasq; miseras, ad fontem consolationis, cervorum instar anhelantes, reficeret: intermittere tamen nec potuimus, nec debuimus, quin propositi nostri sancti, certiores vos redderemus.

Meministis haud dubie Reverendi Viri, ultimâ die Octobris, Anno millesimo, quingentesimo decimo septimo, primum, in Pontificem Romanum, à Beato Luthero factum esse impetum: cum propositiones suas impiissimæ Johannis Tezelii nundinationi Indulgentiarum oppositas, Templi Arcis VVitebergæ valvis affigeret, seque pro gloria & honore meriti JESU CHRISTI strenuè pugnaturum promitteret. Benedixit cœptis affatim Altissimus, & progressu temporis densissimas Papatus tenebras fortissimè abigendo, *Solem justitiæ* nobis ita resplendescere fecit, ut vetera illa idololatriæ, blasphemiarum, errorum, & abominationum plaustra, in plurimis Regnis, Ducatibus & Provinciis evanuerint omnia: vicissim verò *orthodoxia* & legitimo Sacramentorum usu, tum renovata publica sacraria, tum recreata animarum millium millia. Neque verò initia tantum ex voto Christianorum successerunt: sed & hætenus per integrum seculum, oves JESU CHRISTI innumeræ, pabulo salutari pastæ, quin



I N V I T A T O R I A.

quin & adversus LUPORUM rapacium, Papæ videlicet, ac gregaliū hostiles insultus, sceptro Regis Regum, & Domini Dominantiū potenter defensæ fuerunt. Nos equidem, opus tantum, tamq; præclarum, rectâ lance ponderantes, non possumus nõ summis laudibus extollere, pientissimū zelum Serenissimi ac Potentissimi Principis & Domini, Domini JOHANNIS GEORGII, Saxonix, Julix, Clivix & Montium Ducis, Sacri Romani Imperii Archimareschalli & Electoris, Landgravii Thuringix, Marchionis Misnix, Burggravii Magdeburgi, Comititis de Marca & Ravenspurg, Domini in Ravensstein, Domini nostri clementissimi: Serenissima enim Celsitudo, cum animo suo revolveret, quam incomparabilem thesaurū, tempore laudatissimorum Majorum suorū, hisce in terris & Regionibus, Præpotens Jehovah, tum Incolis, tum aliis plurimis Regnis & Principatibus, ex merâ gratiâ ac misericordiâ obtulerit, oblatū largissimè dederit, datum benignissimè conservârit: suarū omninò partium esse censuit, ut Electorali autoritate, in universo suæ Serenitatis Territorio *καερισθησα* publica & solemnina, instituerentur. Si enim Moses Dux populi Israëlitici gloriosissimus, liberationem ex servitute Ægyptiacâ corporalem panegyrico hymno & festo rectè celebravit: quidni Septemvir quoque noster

A 3

Inclu-





E P I S T O L A

Inclutus, spiritualē illam, ex vinculis Antichristi redemptionē, summis & infinitis prædicari laudibus præciperet? quidni, ut *εὐχαρίσως καὶ σωφρονῶς* memoria beneficii incomparabilis peragatur Eucharistica, totis viribus laboraret? Neq; enim vel ingenuitate confessionis, vel studio debito devotionis, vel amore purioris religionis, laudatissimis Majoribus suis Elector noster clementissimus facilè cedere cupit. Agite verò, Reverendi viri, & quam complures vestrum literis crebrioribus scire petierunt, dispositionem solemnitatis nostræ Evangelicæ, haud gravatim percipite.

Ad diem 26. Octobris *συνὴ θεῶν*, festivitatem instantem, universo gregi Dominico, ex omnibus & singulis suggestis, intimabimus.

Ad diem 30. Octobris, Profestum celebrabimus: Dies verò ultimam Octobris, primam & secundam Novembris, totas & integras festivitati Eucharisticæ consecrabitur: Epulum sanctissimum corporis & sanguinis Jesu Christi, esurientibus & sitientibus distributuri: homilias in oppidis binas, ante & post meridiem, singulis diebus, habituri, certis hymnis & canticis bonitatem divinam magnificaturi: exquisitiores textus, partim ex veteri, partim ex novo Testamento (quos cum Psalmorum initiis, infra in calce nominatim apponemus)



409

I N V I T A T O R I A.

mus) Epistolarum & Evangeliorum quasi loco  
prælecturi, preces insuper devotissimas, pro con-  
servatione *κειμηλίσ* preciosissimi, ad Deum ter Opt.  
Max. fusuri.

Ita jubulare visum est Serenissimo Domino Ele-  
ctori: ita jubilabunt universi harum Regionum, in  
Academiis, oppidis, & pagis Theologi: ita jubila-  
bunt omnes religiosi in hoc Electoratu Christiani:  
neque vel gesticulationes Pontificias, vel splendo-  
rem quendam externum desiderabunt: cum Deus  
non tam splendide, quàm sanctè coli velit.

Cæterum in Academiis nostris Lipsensi & VVi-  
tebergensi, post triduum festivum, Orationes &  
Disputationes insigniores habere decrevimus: de-  
monstraturi plus quàm Cimmerias tenebras, quæ  
in Papatu invaluerunt Romano: explicaturi simul,  
quàm necessaria, quàm salutaris, quàm legitima &  
recta, immò & quàm miranda fuerit Reformatio  
divina.

Habetis Fratres Reverendi, instantis nostræ fe-  
stivatis formam, à multis inter vos maximoperè  
hactenus flagitatam & desideratam: Utinam verò  
& vestris Magistratibus placeret, *ὁμοθυμαδὸν* nobiscū  
sacrificia laudis solenniter offerre! Utinam & illis  
luberet, festivitatem Jubilæam indicere! Agnosci-  
tis utiq;, totum propositum nostrum, unicè ad Dei  
gloriam



## E P I S T O L A

gloriam directum esse: Quidni ergo Principibus ac Dominis vestris, Autores ad piam æmulationem esse, quidni sanctitatem & utilitatem instituti exaggerare velletis? Fremet sanè hostis Dei & hominum Diabolus: frendebit, linguamque suam præ dolore commanducabit Antichristus Romanus: fulmina minitabitur, & tonitrua: bella crepabit, & incendia: sed si speremus in Domino, quid faciat nobis evisceratus & Verbo Dei exenteratus iste Homo? Tantam vestram esse *πληροφορίας* & *παρρησίαν* scimus, ac credimus, ut fulgura illa Papalia, pro meris crepitaculis habituri, ac Auditores vestros ad magnanimitatem & *μεγαλοψυχίαν* in Domino viriliter invitaturi sitis. Nolumus verò Reverendi Domini fratres, quicquam vel vobis, vel Ecclesiis vestræ fidei commissis præscribere: nolumus formam nostrã vobis obtrudere: nolumus conscientias vestras onerare: In libertate enim vocavit vos Dominus: in illa state, & nullius hominis jugo subjici vos permittite: Communicare duntaxat, & quidem toties rogati, toties admoniti, solennitatis celebrandæ dispositionem voluimus. Si per omnia liberè imitari eam quibusdam libuerit, per nos licebit: sin minus, ceremoniarum tamen dissonantiã, non dissolvetur fidei nostræ, in quã conspiramus, consonantia: Fieri verò fortassis posset, ut  
 & hoc



INVITATORIA.

& hoc in negotio planè pleneq; nobiscum consen-  
 tiretis. καὶ τίς ὁ κακώσων ὑμᾶς, εἰὰν τὴν ἀγαθὴν μιμηταὶ γενήσθε;  
 Quis afflictorus est vos, si bonitatis æmulatores  
 fueritis? 1. Pet. 3. v. 13. Si nobiscum in uno spiritu,  
 unâq; animâ, adjuvantes fidem Evangelii, steteri-  
 tis, Phil. 1. v. 27. sicuti Jehosua cum Filiis & Fratri-  
 bus suis, sicuti Cedmihel & Filii ejus, sicuti Filii Ju-  
 da, quasi vir unus, steterunt, ut facerent opus Do-  
 mini, Esræ 3. v. 9. sicuti Jacobus, Cephas & Johan-  
 nes, qui columnæ erant in primitivâ Ecclesiâ, suas  
 cum Paulo & Barnabâ conjunxerunt dextras κοινω-  
 νίας, Gal. 2. v. 9. Talem enim piam concordiam  
 alæ animalium, quæ invicem conjunctæ scribun-  
 tur, innuere videntur, Ezech. 1. v. 9. Sed sufficient  
 ista ad vos, Reverendi viri, qui ipsi ætate, judicio,  
 pietate, & gratiâ coram Deo & hominibus, maxi-  
 mè conspicui estis.

Benè in Domino JESU CHRISTO valete, com-  
 municationem hanc nostram fraternam æquis a-  
 nimis accipite, & pro conservatione doctrinæ pu-  
 ræ Evangelicæ, nobiscum ὁλοκαρδίως, καὶ ἀδιαλείπτως  
 orate. Per scriptum Calendis Septembribus, An-  
 no seculari Lutherano, 1617.

*Vestr. Reverend. Dignit.*

*addictissimi Fratres in  
 Domino,*

B

MATTHIÆ



**MATTHIAS HOE** ab  
Hoeneegg, D. Serenifs,  
Dn°, Elect. Saxon. à Con-  
cionib. primariis aulicis  
& consiliis Ecclesiasticis.

**ÆGIDIUS STRAUCH** D.  
Ecclesiæ Dresdenfis Su-  
perintendens, & Sere-  
nifs. Elect. Saxon. à con-  
siliis Ecclesiasticis.

**VINCENTIUS SCHMUCK**  
D. & Professor Lipsiæ  
Primarius, Ecclesiæ ibi-  
dem Superintendens.

**FRIDERICUS BALDUI-  
NUS** D. & Profess. Wite-  
berg. Primarius, Ecclesiæ  
ibidem Superintendens.

**POLYCARPUS LYSE-  
RUS** D. & Professor Li-  
psiæ publ. Ecclesiæ Tho-  
manæ ibidem Pastor.

**WOLFGANGUS FRAN-  
ZIUS** D. & Profess. Tem-  
pli Arcis Witebergenfis  
Præpositus.

**CHRISTOPHORUS  
WALPURGER** D. & Pro-  
fessor Lipsiæ publicus.

**BALTHASAR MEISNE-  
RUS** D. & Professor Wi-  
tebergæ publicus.

**HEINRICUS HÖPFNER,**  
S. Theol. L. & Professor  
publicus.

**NICOLAUS HUNNIUS,**  
D. & Professor publicus.



**Rurtzes**



## Kurtzes Verzeichniß /

**Was für Lexte / an stat der  
Episteln vnd Evangelien / auff in stehen  
des Evangelisches Jubel Fest / im Churfürsten-  
thumb Sachsen / abzulesen / auch was für Besäng  
vnd Psalmen zu singen / angeord-  
net worden.**

Den 31. Octobris wird man an stat der Epistel verlesen  
den Sechs vnd siebenzigsten Psalm / mit nachfol-  
gender Vorrede :

**W**er Christliche Liebe / wolle mit  
gebürlicher andacht vnd ehrerbietung an-  
hören / den Sechs vnd siebenzigsten Psalm / dar-  
innen dem Allerhöchsten gedancket wird / daß er  
sich seinem Volck recht zu erkennen gegeben / vnd  
bey dem wahren Gottesdienst / die Kirch gewal-  
tiglich wider alles wüten vnd toben der Feinde  
geschützet habe : sampt angeheffter Vermanung /  
daß alle Völcker sich gegen ihrem H E R R N vnd  
Gott der gebür nach erzeigen vnd erweisen sollen.

Die wort des Psalms lauten also :

**G**ott ist in Juda bekandt / in Israel ist  
sein Name herrlich. Zu Salem ist sein Be-  
zelt / vnd seine Wohnung zu Zion / 2c.



## Verzeichnis der Texte/

An stat des Evangelij wird seyn das zwölffte Capitel  
des heiligen Propheten Danielis/ vnd mit dieser  
Vorrede abgelesen werden.

**E** Wer Christliche Liebe wolle mit gebür-  
licher andächt anhören/ das zwölffte Capitel  
des heiligen hocherleuchten Propheten Da-  
nielis/ darinnen gar klarlich geweissaget wird/  
wie nicht allein der Antichrist/ welchen der heili-  
ge Geist vnter der Person des Königs Antiochi  
beschreibet/ das ist/ der Papst/ nach seinem wol-  
gefallen/ thun vnd handeln/ vber alles/ das Gott  
ist vnd heisset/ sich erheben/ Ehrlicher Frauenlie-  
be/ vnd Gottes nichts sich achten/ Einen Messgö-  
ben (Mausim genandt) als seinen Gott ehren/  
vnd mit außbietung grosser Geschenck/ viel Leute  
verführen/ Sondern auch/ wie ihn der Allmäch-  
tige zu seiner zeit/ durch ein geschrey von Morgen  
vnd Mitternacht erschrecken werde/ welches dan  
durch den thewren Mann vnd Berckzeug Got-  
tes/ Herrn D. Luthern seligen/ vor ein hundert  
Jahren geschehen ist.

Die wort des Capitels lauten also:

Vnd der König wird thun was er wil/  
vnd wird sich erheben/ vnd auffwerffen wi-  
der alles/ das Gott ist/ vnd wider den Gott  
aller Götter wird er grewlich reden/ &c.

Auff



auffs Evangelische Jubelfest.

Auff den andern Feiertag / den 1. Novembris, ist verordnet an stat der Epistel abzulesen / der sieben vnd achtzigste Psalm / mit diesem Eingang.

**E** Wer Christliche Liebe wolle mit gebürlicher Andacht vnd Ehrerbietung anhören / den sieben vnd achtzigsten Psalm / darinnen schön gerühmet wird / die Herzigkeit der Kirchen Gottes / wie lieb sie der Höchste habe / wie fest sie gegründet / wie herzliche ding mit freuden / vnd in allerley Sprachen geprediget werden / welches alles denn / durch die gnad des Allmächtigen / bey vnserer Evangelischen Kirchen auch zu finden ist.

Die wort des Psalms lauten also:

Sie ist fest gegründet auff den heiligen Bergen / der H & X & X liebet die Thor Zion / vber alle Wohnung Jacob / &c.

An stat des Evangelij / ein theil aus dem vierzehenden Capitel des Buchs der Offenbarung S. Johannis / vom 6. Vers an / biß auff den 12. inclusive, vnd wird folgende Vorrede geschehen.

**E** Wer Christliche Liebe wolle mit gebürlicher Andacht vnd Ehrerbietung anhören / ein stück aus dem vierzehenden Cap. des Buchs der Offenbarung S. Johannis / darinnen der heilige Geist deutlich geweissaget / wie zu den letz-

B ij

ten



ten/wenn der Antichrist zuvor hart vnd lang ge-  
 pütet / der Allmächtige einen Engel / das ist / ei-  
 nen fremdigen Lehrer / Prediger vnd Reformato-  
 rem senden / denselben das ewige Evangelium al-  
 lerley Nationen verkündigen / vnd durch die Pre-  
 digt des Evangelij / die grosse Stadt Babylon /  
 das ist / das Römische Papstthumb stürzen / vnd  
 für demselbigen trewherkig warnen lassen wolle /  
 welches alles in den nechsten hundert Jahren /  
 durch Herrn D. Luthern seligen / vnd seine trewe  
 Nachfolger / die Evangelische Theologen, Lehrer  
 vnd Prediger / in vielen Königreichen / Chur- vnd  
 Fürstenthumben / Landen vnd Herrschafften / zu-  
 förderst aber in Deutschland / reichlich erfüllet  
 worden.

Der Text selbst lautet also:

Vnd ich sahe einen Engel fliegen mitten  
 durch den Himmel / der hatte ein Ewig  
 Evangelium / ꝛc.

Anlangend den dritten Feiertag / weil derselbe auff  
 den 20. Sontag Trinitatis mit einfellet / so lesset man es bey  
 ablesung der gewöhnlichen Sontags Epistel vnd Evangelij  
 bleiben / wird aber frey gestellet / ob man in der Früe- vnd  
 Desperpredigten selbigen Tages / entweder den 46. oder  
 den 48. Psalm Davids / oder die wort Exod. 13. v. 3. Geden-  
 cket an diesen Tag / an dem ihr aus Egypten aus dem  
 Diensthause gegangen seyd / oder das 14. Capitel des an-  
 dern



auffs Evangelische Jubelfest.

dem Buchs Moses / oder das 11. das 16. oder ein stück aus dem 17. vnd 18. Capitel des Buchs der Offenbarung S. Johannis / erklären vnd auflegen wolle.

Gesäng / die sich fürnemlich auff gegenwertiges Werck schicken / sind neben der Figural vnd Instrumental Music / nachfolgende verordnet.

**H E R R** Gott dich loben wir / **H E R R** Gott wir dancken dir.

Nun lob mein Seel den **H E R R**.

Allein Gott in der Höh sey Ehr.

Ein feste Burgk ist vnser Gott.

Wo Gott der **H E R R** nicht bey vns helt.

**D H E R R** Gott / dein Göttlich Wort ist lang verdunckelt blieben.

Erhalt vns **H E R R** bey deinem Wort.

Wer Gott nicht mit vns diese Zeit.

Mag ich Unglück nicht widerstahn / *rc.*

Schließlichen wird eine besondere Notul oder Form / eines Gebets vnd Dancksagung / die zeit vber abgelesen werden.





Spiegel der Edelknechte

1587

Die hiesige Adelknecht  
sind nicht zu verachten  
sondern zu loben  
und zu ehren

Der Adelknecht ist  
ein edler Mann  
der sich loben  
und ehren liebt

Der Adelknecht ist  
ein edler Mann  
der sich loben  
und ehren liebt

Der Adelknecht ist  
ein edler Mann  
der sich loben  
und ehren liebt

Der Adelknecht ist  
ein edler Mann  
der sich loben  
und ehren liebt

Der Adelknecht ist  
ein edler Mann  
der sich loben  
und ehren liebt

Der Adelknecht ist  
ein edler Mann  
der sich loben  
und ehren liebt

Der Adelknecht ist  
ein edler Mann  
der sich loben  
und ehren liebt

Der Adelknecht ist  
ein edler Mann  
der sich loben  
und ehren liebt

Der Adelknecht ist  
ein edler Mann  
der sich loben  
und ehren liebt

Der Adelknecht ist  
ein edler Mann  
der sich loben  
und ehren liebt



10





Handwritten text in a Gothic script, likely a library inventory or title page, visible on the left edge of the book's cover.

Handwritten blue ink markings, possibly initials or a date, located at the bottom left corner of the cover.

ULB Halle

3

004 965 876









OK 242 OK. 8  
Theo

EP  
IN

Theolo  
Evangelic  
Germania, t  
de Jubilæo  
No

JUBIL

Typis &

ndam

A  
A,

arum  
Incluta  
Provinciis,  
e initium

RRA,

BIBLIOTHECA  
NICKAVIANA

rgi &

Vg  
6589

UNIVERSITÄT-SIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

